

## F a b u l a p r i m a.

## A s i n u s e t L e o.

**A**sinus quondam comite gallo gallinaceo iter fuerat. Quibus quum forte obuius factus leo, asinum adoriri vellet: opportune cantare coepit gal-  
 lus; quem audiens leo, galli cantum ex communi  
 opinione haud ferens, fugam capessivit. Asinus,  
 leonem a se terrore perculsum ratus, fugientem  
 persequitur. Quum vero eo usque uterque pro-  
 gressi essent, ut jam galli cantus non audiretur:  
 magno in asinum leo redit impetu, eumque dila-  
 cerat.

## E t h i c a.

Saepe illud, quod fors fortuna tulit, virtuti  
 nostrae adscribimus.